



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Davidis Regii Prophetae Psalterivm**

**Moritz <Hessen, Landgraf>**

**Smalcaldiae, 1593**

**VD16 B 3258**

Psalmvs XLVI. Deus noster refugium & virtus, &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://urn.nbn.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

Fili, ut hos habeant clima<sup>t</sup>a cuncta Duces.  
Nomini<sup>s</sup> ipse tui faciam memini<sup>s</sup>e nepotes,  
Ut populi grates hinc tibi semper agant.

P S A L M V S X L V I .

Deus noster refugium & virtus, &c.

D E V S meum solatium,  
Et fortitudo protegens,  
Idemq<sup>z</sup> asylum est unicum,  
Et robur in periculis,  
Suos fideles adiuuans.  
Nil ergo nos timebimus,  
Orbis licet fractus ruat,  
Et fluctibus motum fremat  
Minax mare, atq<sup>z</sup> turgeat,  
Voluatq<sup>z</sup> montes maximos:  
Tamen fehoue maximi  
Immota stabit cinitas,  
Firmata turribus suis,  
Suis rigata riuulis.  
Suo tuctur optimo  
Vrbem suam munimine,  
Munusq<sup>z</sup> præsidis gerens

Tutatur

Tutatur à periculis.

Tumultuantur impiæ.

Gentes metu perterritæ,

Et regna mundi concidant,

Opesq; terra defluant,

Deus fragore maximo

Quando dabit tonitrua.

Deus Jacobi Præpotens,

Deus Zebaoth Maximus.

Manus tua nos erigit,

Dextrà sua nos protegit,

Virtute tua nos adiuuat.

Venite gentes, cernite

Opus Dei mirabile.

Venite gentes, cernite

Præclarafacta huins Dei.

Venite gentes, cernite

Insigne robur Numinis,

Quod bella sedat omnia,

Componit & certamina.

Quod frangit arcus ferreos,

Hostisq; tela conterit.

Hac vox Iehouæ est maximi,

Tacet,

Tacete, gentes, cernite,  
Quod sim Deus magnus, potens,  
Paransq; gloriam mihi,  
Terrarum in orbe amplissimo,  
Vicit triumphans hostibus,  
Domansq; gentes efferas.  
Deus Iacobi præpotens,  
Deus Zebaoth præpotens,  
Manus sua nos erigit,  
Dextræ suæ nos protegit,  
Virtute nos sua adiuuat.

### PSALMVS XLVII.

Omnes gentes plaudite manibus, &c.

**P**Laudite, terrigenæ, manibus cunctiq; Ichouæ,  
Hymnisonum, populi, psallite voce melos.  
Terribilis Dominus cælo, terraq; tremendus,  
Terrarum Dominus conditor atq; poli.  
Ille iugo forti populorum colla domabit,  
Nam pedibus Domini subiacet omnis homo.  
Ille sui hæredes regni nos legit in ænum,  
Qui sumus Isacida gloria, laus & honor.  
Insigni pompa Deus est exectus in altum,  
Quem